



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentariorvm, Ac Disputationvm, In Tertiam Partem  
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita  
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi  
Concionatoribus vsui esse poßit

**Suárez, Francisco**

**Moguntiaë, M.DC.XVI.**

Qvæst. XLV. De transfiguratione Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

Pharisei di-  
uinitatem  
Christi igno-  
rant.  
Obiectio.  
Responsio.

effectus homo, se predicare Deum: quod tamen nullum A scandalum eis esset, si sperarent aliquem, qui simul esset verus homo, verusque Deus.

Dices, Ergo non erat in tota Synagoga Iudeorum qui veram de Messia existimationem haberet. Respondetur veram existimationem habebant, qui spectabant illum verum hominem, Prophetam sanctum ac Deo coniunctissimum, in qua vera cognitione implicite credebant reliqua, quae ad Christum pertinent, quod illis tunc ad salutem sufficiebat; pauci vero erant, qui distincte altiora mysteria de Messia cognoscerent, & si qui erant, fuerant à Deo singulariter illuminati, vt Simeon, Anna, Zacharias, Elizabeth, & alij, qui sine dubio Christo non repugnauerunt, sed facile obtemperant. Fortasse etiam aliquis erat tam veratus in scripturis, tamque sincere, ac proprie eas intelligens, vt aliquid de diuinitate Messiae, vel suspicaretur, vel opinaretur: sed in hoc nihil certi affirmari potest. Quia illi Iudaei nullum signum aut vestigium dederunt talis cognitionis, neque tempore, quo Christus praedicauit, neque postea, semper enim conati sunt scripturas euertere, & ad falsos sensus detorquere.

Quarto (quod attinet, an cognouerint Iesum esse Messiam (existimo illos fuisse ancipites, vel inconstantes, multum enim & signis & prophetijs urgebantur, & conuincebantur. Vnde quando actuali passione odij, irae, aut inuidiae non erant commoti, & obsecrati, videbantque signa Christi, & considerabant verba prophetarum, existimo saepe definito assensu, quamuis humano, & ex coniecturis, iudicasse cum esse Messiam. Quia argumenta erant fortissima, quare ablato impedimento prauis effectus, vehementisq; passionis non poterant non interdum habere suum effectum. At vero (vt notauit Euthym. Luc. 23. & significat D. Thom. super 21. capi. Matth. & loco supra citato) suborta passione, vel timore humano, quidam facile ab hac persuasione cadebant, quia firmam fidem non habebant. Nam (vt dicitur Ioa. 12.)

Euthym.  
D. Thom.

Ioa. 12.  
Pharisei  
Christum non  
cognouerunt  
esse Messiam.

Cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiae prophetae impleteretur, excacauit oculos eorum &c. Alii vero, quamuis in eadem opinione persistere, non audebant eam profiteri propter hominum timorem: Sic Ioannes eodem loco subiungit. Verum tamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, vt de Synagoga non eicerentur. Dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam Dei. Quo circa tempore passionis Phariseos, & Principes, qui Christum crucifixerunt, verisimilius est tunc non credidisse illum fuisse verum Messiam, quod satis significauit eis Christus, quando in concilio interrogatus, an esset Christus, respondit, Si dixerit vobis, non creditis mihi? Luc. 22. & Ioann. 10. cum Iudaei dicerent. Quousque animam nostram tolles? ipse respondit. Loquor vobis, & non creditis mihi, & capit. 12. habentur verba supra citata. Ad haec Petrus Actor. 3. Scio, quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Nam licet Caietan. hic dicat posse illam similitudinem intelligi in facto, seu in cooperatione eiusdem peccati, non tamen in modo, seu origine culpae: tamen verba ipsa plane intellecta satis indicant utroque ex ignorantia peccasse. Deinde Paulus in lege edoctus ad pedes Gamalielis dicit se misericordiam consequutum esse, quod ex ignorantia fecerit. Vnde etiam colligi potest praepceptorem eius in lege edoctum eadem ignorantia laborasse, idem ergo credibile est de caeteris saltem frequentius. Praeterea hoc ipsum indicauit Christus affixus cruci. Matr. 23. illis verbis: Ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Denique cum Iudaei magna Dei beneficia per Messiam sperarent, & hanc fidem, & expectationem Messiae non mutassent, si sibi persuasissent hunc esse Messiam, & in hac persuasionem durassent, non potuissent illi mortem, ac perniciem tanto studio machinari, vt hic etiam optime locum habeat, quod Paulus dixit, ad

Luc. 22.  
Io. 10. & 22.

Act. 3.

Caietan.

Act. 22.  
1. Timoth. 1.

Mat. 23.

Cor. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent.

1. Cor. 2.

Neque contra hanc sententiam sic explicatam video aliquid obijci posse, quod difficultatem habeat, nisi fortasse illud Matth. 21. Hic est haeres. Ex quo (cum in parabola dictum sit) non potest colligi firmum argumentum: tum quia non est necesse applicare singularia verba parabolarum: tum etiam, quia non omnia in proprietate & rigore dicuntur. Vnde exponi potest eos dixisse, Hic est haeres, id est, hic se facit haerodem, & Dei filium, sicut Sap. 2. de Iudaeis praedictum erat dicturos, Filium Dei se nominat, morte turpissima condemnemus eum. Deinde potest exponi. Hic est haeres, id est, qui primum locum in populo tenet quemque omnes sequuntur, & colunt. Praeterea Caietan. inquit illo verbo Christum sub parabola praedixisse, quod postea in Concilio Iudaei proprijs verbis dixerunt. Omnes credunt in eum. Dicere ergo. Hic est haeres, non fuit dicere, hic est Messias, sed hic est, in quem omnes credent, & ita fiet Dominus, ac haeres populi Israel. Iansenius vero dicit illo verbo significatum esse, vel quod multi ex populo credebant, vel quod ipsi principes facile cognoscere poterant, & debebant: quae responsio colligitur ex Iust. q. 140. Denique id dici potuit, quia interdum conuincebantur ad id credendum, quamuis postea propter humanam timorem aut auaritiam, aliofue affectus in sua caecitate permanferint.

Obiectio.

Responsio.

Mat. 21.

Sap. 2.

Caietan.

Iansen.

Iustin.

Vltimo vero addendum in hac quaestione est, Iudaeos, vel omnes, vel fere omnes euidenter cognouisse Christum fuisse virum iustum, & innocentem, & pena mortis indignum. Hoc constat ex publica innocentia vitae Christi, quae tanta erat, vt eo interrogante, Quis ex vobis arguet me de peccato? Nullus sit ausus ei quicquam obijcere, etiam si maximo illorum odio prosequerentur. Deinde ex operibus miraculosis, & doctrina eius, id euidenter intelligere poterunt. Denique etiam Iudas coram Iudaeis professus est se tradidisse sanguinem iustum, cui ipsi non contra dixerunt.

QVÆSTIO XLV.

De transfiguratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

De qua Doctores Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. & Doctores in 3. dist. 16.



Ein de considerandum est de Transfiguratione Christi.

Es circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, vtum conueniens fuerit Christum transfigurari.

Secundo, vtum claritas transfigurationis fuerit claritas gloriosa.

Tertio, de testibus transfigurationis.

Quarto, de testimonio Paterna vocis.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Christum transfigurari.



Primum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Christum transfigurari. Non enim competit vero corpori, vt in diuersas figuras mutetur, sed corpori phantastico. Corpus autem Christi non fuit phantasticum, sed verum: vt supra habitum est. Ergo videtur quod transfigurari non debuerit.

249.

2. Praeterea, Figura est in quarta specie qualis artis, claritas quae sensibus autem est in tertis, cum sit sensibilis qualitas. Assumptio ergo claritatis à Christo, transfiguratio dici non debet.

3. Praeterea, Corporis gloriosi sunt quatuor dotes (vt infra

Non concipiunt infra dicitur) scilicet impassibilitas, agilitas, subtilitas, & claritas. Non ergo debuit transfigurari magis, secundum Assumptionem claritatis, quam secundum Assumptionem aliarum dotium.

Sed contra est, quod dicitur Mat. 17. quod Iesus transfiguratus est ante tres discipulorum suorum.

Respondeo dicendum, quod Dominus discipulos suos prænuntiata sua passione, induxerat ad sue passionis sequelam. Oportet autem ad hoc quod aliquis directe procedat in via, quod finem aliquo modo persequatur: sicut agitur non recte iaciet sagittam, nisi prius signum prospexerit in quod iaciendum est. Unde et Thomas dixit Ioan. 14. Domine, nescimus quo vadis, & quomodo possimus viam scire: Et hoc præcipue necessarium est, quando via est difficilis & aspera, & iter laboriosum, finis vero iucundus. Christus autem per suam passionem ad hoc peruenit, ut gloriam obtineret et non solum anime, quam habuit à principio sue conceptionis, sed etiam corporis, secundum illud Luc. ult. Hec oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ad quam etiam perducit eos, qui vestigia sue passionis sequuntur, secundum illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Et ideo conueniens fuit, ut discipulis suis gloriam sue claritatis ostenderet, quod est ipsum transfigurari, cui suos configurabit, secundum illud Philipp. 3. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue.

Unde Beda dicit super Mat. Pater prouisione factum est, ut contemplatione semper manentis gaudij ad breue tempus delibata fortius aduersa tolerarent.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Hieronimus dicit in super Mat. nemo potest Christum per hoc quod transfiguratus dicitur, pristinam formam, & faciem perdidisse, vel amisisse corporis veritatem, & assumpsisse corpus spirituale, vel æreum. Sed quomodo transformatus sit, Euangelista demonstrat dicens. Resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Vel splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium, non substantia tollitur, sed gloria commuta: ut.

Ad secundum dicendum, quod figura circa extremitatem corporis consideratur: est enim figura, que termino vel terminis comprehenditur. Et ideo omnia illa, que circa extremitatem corporis considerantur, ad figuram quodammodo pertinent videntur. Sicut autem color, ita & claritas corporis non transparenter, in eius superficie attenditur. Et ideo assumptio claritatis transfiguratio dicitur.

Ad tertium dicendum, quod inter prædictas quatuor dotes, sola claritas est qualitas ipsius persone in seipsa: alie vero tres dotes non percipiuntur nisi in aliquo actu, vel motu, seu passione. Ostendit igitur Christus in seipsa aliqua illarum trium dotium indicia, puta agilitatis, cum super vndas maris ambulauit: subtilitatis quando de clauo vtero Virginis exiit: impassibilitatis, quando de manibus Iudeorum vel præcipit, vel lapidare eum volentium, illasus euasit. Nec tamen propter illa transfiguratus dicitur, sed propter solam claritatem, que pertinet ad aspectum persone ipsius.

COMMENTARIUS.

Primum omnium in argumento primo & secundo, cum soluit, explicat D. Thom. quid nomen Transfigurationis significet, dicens non significare mutationem formæ, aut figuræ corporis Christi Domini. Quia talis mutatio fieri non poterat sine magna alteratione, & immutatione intrinseca corporis Christi, quam tunc fieri non decebat, solum ergo significat immutationem in vultus splendore, & candore vestium. Quod (vt D. Tho. refert) optime colligit Hieronymus. ex ipsius verbis Euangelistæ. Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius, sic-

Hieronymus. Mat. 17.

ut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Quod ergo dixerat Transfiguratus, sequentibus verbis exposuit. Eadem autem erit vocis significatio, etiam iuxta proprietatem Græci idiomatis transformationem vocemus. Quia forma, & figura ad idem significandum accipi solent, vt patet ex Arist. cap. de qualitate. & ideo mutatio facta in hominis vultu, quoad omnia quæ in eius superficie apparent, siue sit color, siue splendor, transformatio, vel transfiguratio dici potest. Unde recte Euth. suo c. 34. in Matt. Transformatu (inquit) est, corpore quidem in propria figura manente, animo vero splendore modicum quiddam in eo detegente, ac faciem illustrante, speciemque illius ad maiorem Dei similitudinem immutante. Et eodem modo exponendum est verbum Luc. 9. dicens. Et facta est species vultus eius, scilicet quoad splendorem, non vero quoad signum, vel alias qualitates.

Aristot. practica. c. de qualitat. Euthym.

Secundo in corp. art. reddit D. Tho. rationem, ob quam Christus transfigurari voluit, scilicet vt hominibus ostenderet finem, & terminum, quo per crucem, & passionem peruenturus esset, discipulosque suos, atque in illis omnes homines ad vestigia crucis sue, spe perueniendi ad eundem terminum seu eiusdem gloriæ participationem excitaret, iuxta illud ad Rom. 8. Si filij, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si autem conpartimur, vt & conglorifitemur. Quam rationem ex Beda refert D. Tho. eadem vero late explicat Leo Papa in term. de transfiguratione. & eam tetigit Damasc. orat. de transfiguratione dicens: Nam qui laborum fructus perfectos habet, idem quoque intrepido animo in certamen descendit. Et enim luctu cupiditas homines eo adducere solet, vt corpori suo minime parcant. Quod humanis exemplis fuisse declarat, & tacitam obiectionem dissoluit.

Luc. 9. Transfigurari cur Christus voluit. Rom. 8. heredes autem Christi, si autem conpartimur, vt & conglorifitemur. Beda. D. Thom. Leo Papa. Damasc.

Postet enim aliquis dicere, satis fuisse per fidem ostendi. Apostolis Christi gloriam, & laborum terminum, vt possent viam crucis amplecti: non ergo necesse fuit etiam quoad externam speciem ostendi, Nam & ipsemet Petrus huius mysterij testis de eodẽ sermonem habens epistol. 2. cap. 1. Habemus (inquit) firmiorem propheticum sermonem, cui benefactis attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco. Cui respondendum est, potuisse quidem fidem sufficere, & ideo hanc ostensionem gloriæ Christi non fuisse simpliciter necessariam: fuisse tamen valde utilem, ac conuenientem. Quia vt Damasc. prædicto loco subiungit) Spirituales Domini propugnatores non terrenorum questuum cupidi, nec fluxorum bonorum desiderio flagrantes, cum eas, que in spe posita sunt, ipsis eiant oculis contuentur, eosque, qui prius labores pertulerunt, bonorum in spe positorum deliciis fruentes conspiciunt, maioribus animis ad certamina se comparant. Secundam rationem significat eodem loco Damasc. Christum transfiguratum fuisse, suamque gloriam discipulis ostendisse, vt discrimen inter verus ac nouum testamentum significaret. Olim enim Israeliticus populus in faciem Moyli intendere non poterat propter splendorem vultus, nunc autem Apostoli, reuelata facie gloriæ Domini speculantur. Quod etiam significatum esse dicit in nube lucida, que in transfiguratione apparuit. Moyses enim caliginem subibat, vmbra, & opacitatem legis subindicans: Christum autem, & Apostolos nubes lucida obumbrat, quia iam mysterium à seculis absconditum detectum est, ac perpetua, & sempiterna gloria ostenditur. Tertiam rationem addere possumus ex Leone Papa, sermone de transfigurato. Transfiguratum esse Dominum, Vt de cordibus discipulorum crucis scandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntaria humilitas passionis, quibus reuelata esset abscondita excellentia dignitatis. Itaque hoc mysterio actum est, vt Apostoli in fide de Christi diuinitate confirmarentur, & eum esse agnoscerent, quem prophetæ prædixerant, & lex præfigurauerat. Petrus enim Matth.

Obiectio. Respensio. Damasc. 2. Petr. 2. Dama. 6. 2. Cor. 3. Coloss.

Matth. 17.

ARTICVLVS II.

Vtrum claritas Christi in transfiguratione fuerit claritas gloriosa,

Secundum sic proceditur. Videtur, quod illa claritas non fuerit claritas gloriosa. Dicit enim quaedam gloss. Beda super illud Mat. 17. Transfiguratus est coram eis. In corpore, inquit, mortalis ostendit non immortalitatem, sed claritatem similem futuram immortalitati. Sed claritas gloriae est claritas immortalitatis. Non ergo illa claritas, quam Christus discipulis ostendit, fuit claritas gloriae.

Præterea, Super illud Luc. 9. Non gustabunt mortem donec videant regnum Dei, dicit gl. Beda, id est glorificationem corporis in imaginaria representatione futurae beatitudinis. Sed imago alicuius rei, non est ipsa res. Ergo claritas illa non fuit claritas beatitudinis.

Præterea, Claritas gloriae non est nisi in corpore humano. Sed claritas illa transfigurationis apparuit non solum in corpore Christi: sed etiam in vestimentis eius & in nube lucida, qua discipulos obumbravit. Ergo videtur quod illa claritas non fuerit claritas gloriae.

Sed contra est, quod super illud Mat. 17. Transfiguratus est ante oculos, dicit Hieronymus. Qualis futurus est tempore iudicii, talis Apollolus apparuit. Et super illud Mat. 17. Donec videant Filium hominis venientem in regno suo, dicit Chrysostomus. Volens monstrare quid esset illi gloria, in qua postea venturus est, eis in presenti vita reuelavit, sicut possibile erat eos discere, ut neque in Domini morte iam viderent.

Respondeo dicendum quod claritas illa, quam Christus in transfiguratione assumpsit, fuit claritas gloriae quantum ad essentiam, non tantum quantum ad modum essendi. Claritas enim corporis gloriosi derivatur ab anime claritate, sicut Augustinus dicit in Epistol. ad Diogenem. Et similiter claritas corporis Christi in transfiguratione derivata est à diuinitate ipsius (vt Damascenus dicit) & à gloria anime eius. Quod enim à principio conceptionis Christi, gloria anime non redundaret ad corpus, ex quadam dispensatione diuina factum est, vt in corpore passibili, nostra redemptionis expletem mysteria, sicut supra à dictum est. Non tamen per hoc adempta est Christo potestas derivandi anime gloriam ad corpus. Et hoc quod sem fecit quantum ad gloriae claritatem in transfiguratione: aliter tamen quam in corpore glorificationis: nam ad corpus glorificationis redundat claritas à anima, sicut qualitas quadam permanens corpus afficiens. Vnde fulgere corporaliter, non est miraculosum in corpore glorioso. Sed ad corpus Christi in transfiguratione derivata est claritas à diuinitate & anime eius, non per modum qualitatis immanentis: & afficiens ipsum corpus sed magis per modum passionis transcurrentis: sicut cum aer illuminatur à sole. Vnde ille fulgor tunc in corpore Christi apparuit miraculosus fuit, sicut & hoc ipsum quod ambulauit super undas maris. Vnde Dionysius dicit in Epist. quarta ad Ca. um. Super hominem operabatur Christus eius qua sunt hominis: & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, mater alium & terrenorum pedum sustinens grauitatem. Vnde non est dicendum (sicut Hugo de Sanct. Vit. dicit) quod Christus assumpsit quatuor dotes, claritatis, in transfiguratione, agilitatis, ambulando super mare, subtilitatis egrediendo de clauo vtero Virginis, & impassibilitatis in cena, quando dedit corpus suum ad edendum, sine hoc quod diuideretur: quia dos nominat quantum qualitas immanentem corpori glorioso. Sed miraculose habuit ea, qua pertinent ad dotes. Et est simile quantum ad animam de visione, qua Paulus vidit Deum in rapto, vt in secunda parte dictum est.

Mat. 16. Christi diuinitatem prius confessus est: postea vero cum Christus suam passionem, & mortem prædicaret, existimans rem illam Christo indignam ab ipso, inquit, a te Dominus, non erit tibi hoc, quem Christus acriter reprehendit. Vt vero eius, & aliorum discipulorum infirmitati subueniret, statim c. 17. eis suam gloriam ostendit, vt neque propter infirmitatem passionis de ipsius diuinitate dubitarent, neque propter magnitudinem diuinitatis Crucis opprobrium exhorrescerent, cum illud talis haberet exitum gloriae. Vnde quartam rationem colligere possumus, voluisse Christum hoc mysterio hominibus ostendere, quid corpori suo esset debitum, quantum illud priua ret gloria propter eorum commodum ac reparationem. Et propter eandem fortasse causam, quando transfiguratus est loquebatur de excessu, quem completurus erat in Hierusalem, id est de passione sua, quam vt pro hominibus posset assumere, gloriam corporis suo debitam intra sinus animæ miraculose represserat. Cuius rei signum ac testimonium in die illa hominibus ostendit. Nam (vt Damascenus supra dixit.) Non externa gloria illi corpori accepit, sed interna ex verbi deitate, modo quodam omnium sermone excedente, ipsi personam viderunt.

Mat. 17. Corpus Christi gloria priuata in hac verba propter hominum salutem.

Damasc. Tertio in sol. ad 3. incipit D. Th. amplius explicare, quid sit hæc transfiguratio, nempe quod sit assumptio seu communicatio illius claritatis, quæ est vna ex quatuor dotibus gloriae corporis. Quam rationem arti. sequenti magis explicat. hic vero rationem reddit, cur potius assumptio huius dotis dicatur transfiguratio, quam assumptio agilitatis, quando super mare ambulauit, vel subtilitatis, quando de clauo Virginis vtero prodijt. Habet autem difficultatem ratio D. Th. quia indicat ex quatuor dotibus corporis gloriosi solum claritatem inherentem illi, quod certe non omnes admittunt. Multi enim existimant alias dotes esse qualitates, præsertim agilitatem, & impassibilitatem. Dicivero potest primum D. Th. non negare esse qualitates, sed esse qualitates sensibiles, quæ per se immutent sensum, sic enim ait, Hæc vero tres dotes non percipiuntur, nisi in aliquo actu, vel passione, non ergo dicit non esse, sed non percipi. Et hoc sensu recte accommodatur ratio. Nam ratio, & perfectio claritatis tota consistit in informatione, seu actu formali, quem confert corpori, quod propterea facit apparere alterius formæ, & idcirco immutatio secundum hanc dotem recte vocatur, transfiguratio, seu formatio, at vero alia dotes vel non sunt qualitates vel non sunt huiusmodi: sed ordinantur ad aliquem actum secundum efficiendum, vel impediendum, vnde fit, vt non immutent corporis formam, prout sensibus obijciuntur, atque ita secundum illas non dicitur fieri transfiguratio, seu transformatio.

Transfiguratio quid sit.

Obiectio.

Responsio. D. Thom.

Ad do præterea (quidquid sit, an proprie dotes corporis gloriosi omnes sint qualitates, necne) certum tamen esse ad effectus aliarum dotium quos Christus in mortali corpore assumpsit non fuisse necessarias inherentes qualitates, quia quod ambulauerit super undas maris, id fecit per virtutem miraculorum effectricem, quæ non est aliqua qualitas corpori Christi superaddita (vt late distinximus priori tom. disp. 31. sect. 3. & 5.) quod vero per aliud corpus penetrauerit, non potest per qualitatem hærentem fieri, quia neque in corpore glorioso ille potest esse effectus qualitatis corporeæ, vt infra latius dicemus. Denique quod de manibus Iudeorum interdum illatus euaserit (quod D. Th. reuocat ad dotem impassibilitatis) sine dubio non est factum per qualitatem, qua illud corpus in se fieret impassibile, sed solum, quia Iudeis occultatus est (vt supra circa, qu. 44. in commentario ar. 3. explicuimus) At vero claritas transfigurationis non potest intelligi absque inherente qualitate, vt magis ex sequentibus patebit, & ideo optima est differentia à D. Thom. assignata.

Cur sola immutatio secundum dotes claritatis, dicatur in Christo transfiguratio.

Super illud Mat. 17. transfiguratus est eost 6

Homil 37 in Mat. circa princ. tom. 2.

Epist 16 ante med. 10. 2.

Incipit hæc ep. Quar. in qua em concipiens, & aqua instabilis, mater alium & terrenorum ca. me. illius.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod ex illo verbo non ostenditur, quod claritas CHRISTI non fuerit claritas gloriæ, sed quod non fuerit claritas corporis gloriosi, quia corpus CHRISTI nondum erat immortale. Sicut enim dispensatiue factum est, ut in Christo gloria anima non redundaret ad corpus, ita fieri potuit dispensatiue, ut redundaret, quantum ad dotem claritatis, & non quantum ad dotem impassibilitatis.

Ad secundum dicendum, quod illa claritas dicitur imaginaria fuisse, non quia esset vera claritas gloriæ: sed quia erat quedam imago representans illam gloriæ perfectionem, secundum quam corpus erit gloriosum.

Ad tertium dicendum, quod sicut claritas quæ erat in corpore Christi, representabat futuram claritatem corporis eius, ita claritas testamentorum eius designabat futuram claritatem sanctorum quæ superabitur à claritate Christi, sicut *lib. 32. c. 5 in candor niuis superatur à splendore solis. Vnde Greg. dicit 32. Moralium, quod vestimenta Christi facta sunt splendens, quia in superna claritatis culmine sancti omnes, ei luce iustitiæ fulgentes adhererunt. Vestium enim nomine iustos, quos sibi adiungit, significat: secundum illud Isai. quadragesimono. His omnibus velut ornamento vestieris. Nubes autem lucida significat Spiritus sancti gloriam vel virtutem paternam (ut Origen. dicit) per quam sancti in futura gloria protegentur. Quamuis etiam conuenienter significare possit claritatem mundi innouati, quæ erit sanctorum tabernaculum. Vnde Petro disponente tabernacula facere, nubes lucida discipulos obumbravit.*

*lib. 32. c. 5 in candor niuis superatur à splendore solis. Vnde Greg. dicit 32. Moralium, quod vestimenta Christi facta sunt splendens, quia in superna claritatis culmine sancti omnes, ei luce iustitiæ fulgentes adhererunt. Vestium enim nomine iustos, quos sibi adiungit, significat: secundum illud Isai. quadragesimono. His omnibus velut ornamento vestieris. Nubes autem lucida significat Spiritus sancti gloriam vel virtutem paternam (ut Origen. dicit) per quam sancti in futura gloria protegentur. Quamuis etiam conuenienter significare possit claritatem mundi innouati, quæ erit sanctorum tabernaculum. Vnde Petro disponente tabernacula facere, nubes lucida discipulos obumbravit.*

*Claritas transfigurationis in Christi corpore miraculosa.*

COMMENTARIUS.

Responso D. Tho. est illam fuisse claritatem gloriæ quantum ad essentiam, non tamen quantum ad modum essendi. Explicat autem diuersitatem huiusmodi consistere in hoc, quod illa claritas non est data corpori Christi per modum qualitatis permanentis: sed passionis transeuntis: non explicat autem utrum illa differentia fuerit essentialis; an accidentalis. Dicens enim fuisse claritatem gloriæ quoad essentiam, indicat fuisse eiusdem speciei, atque adeo solum accidentaliter distingui, nisi interpretemur, dici claritatem gloriæ quoad essentiam, non secundum speciem vltimam: sed secundum gradum, seu ordinem rerum, quæ expositio videtur violenta. Aliunde, cum D. Thom. dicat differre, sicut lumen aeris à claritate solis, videtur constituere differentiam specificam. Nam ita censent multi Philosophi differre inter se lumen aeris, & lucem solis. Sed prior expositio videtur probabilior, & quoad mentem D. Th. (ut probatum est ex verbis eius) & quoad rem ipsam. Quia maior vel minor duratio qualitatis, quæ prouenit ex sola causa extrinseca conseruante, non est satis ad specificam distinctionem, neque illam indicat: sicut si Paulo in rapu data est visio Dei clara, & lumen gloriæ (hoc enim exemplo D. Thom. hic videtur) lumen illud, & visio non erant speciei diuersa ab eis, quæ sunt in animabus beatis quamuis breui tempore durauerint. Quia hoc fuit ab extrinseco, solum ex voluntate causæ conseruantis, sic ergo in præsentia. Item qui sancti citati dicunt Christum ostendisse tunc gloriam, quam prædicabat: ergo.

Ex hac vero conclusione infert duo D. Tho. Primum est, fuisse miraculosum corpus Christi fulgere illa claritate. Potest autem hoc miraculum explicari aut ex parte corporis, quia in statu corruptibili, & (vt ita dicam) animali, non est capax illius splendoris, & ex parte ipsius claritatis. Nā præter naturam eius est, quod fiat transeunter, & non permanenter, atq; incorruptibiliter. Vbi solum est considerandum corpori humano secundum propriam & intrinsecam naturam semper esse supernaturalem claritatem gloriæ, sicut intellectui humano semper est supernaturale lu-

Fr. Suarez tomo 4.

men gloriæ intellectualem. Ex hoc ergo capite non min⁹ est miraculosa claritas corporis gloriosi, quam fuit claritas transfigurationis. Rursus corpori humano informato anima beata ratione beatitudinis anima quodammodo naturalis, ac debita est propria gloria, & claritas. Vnde quia corpus Christi anima beata informabatur, ex hoc capite non magis fuit miraculosa hæc claritas transfigurationis, quam claritas corporis gloriosi. At vero quia non quidquid est supernaturale, miraculosum dicitur, sed quod præter legem, ordinariumq; modum fit, ideo claritas transfigurationis data corpori mortali tali modo miraculosa dicitur, non ex parte principij, seu animæ, neque ex parte corporis secundum nudam essentiam eius, sed ex parte status, & ex parte modi. Adde etiam, ex eo quod illa claritas data est ab aliis dotibus separata.

Secundo infert D. Tho. illam claritatem non esse dicendam dotem corporis gloriosi: sed participatiuem eius, aut aliquid ad illam pertinens. Quod magis ad modum loquedi quam ad rem ipsam spectat, supposita sententia (quam duximus probabiliorẽ) has claritates non differre specie. Vult enim D. Tho. dotẽ significare qualitatem habentem modum stabilem ac permanentem, seu inamissibilem, sicut beatitudo hunc etiam statum requirit: dos enim significat beatificam proprietatem ad accidentalem saltem beatitudinem pertinentem.

Circa rationem autem, qua D. Tho. probat illam fuisse claritatem gloriosam, dubitat Caietan. Quia solum probat in anima Christi, eo, quod gloriosa esset, & diuinitati coniuncta, fuisse potestatem communicandi gloriam illam, & claritatem corpori. Sed hoc (vt idem Caieta. vidit) facilem habet responsionem, quia probata ea potestate, Diuus Thomas pro comperito habuit à nemine posse in dubium reuocari, quin illa fuerit claritas gloriæ. Tum quia si aliqua claritas futura erat, potiori iure ac ratione futura illa, quæ à principio intrinseco dimanare poterat, quam alia, quæ extrinseco aduenire. Tum etiam quia illa claritas magis accommodata fini transfigurationis, scilicet, vt homines aliquo modo suis oculis gloriam Christi conspicerent. Quia, si non fuisset illa gloriosa claritas, non vidissent homines gloriam Christi.

Major difficultas esse poterat in principio (quod D. Thom. assumit) claritatem corporis gloriosi derivari ex claritate animæ, ex August. epist. 56. ad Dioscorum, & in Christo derivari à diuinitate illi corpori coniuncta, ex Damasceno dict. orat. de transfiguratione. Sed prior pars, cum communis sit omnibus hominibus, non est hoc loco late disputanda. Ego vero sic existimo, id non esse intelligendum de propria, ac physica dimanatione, quia claritas gloriosa animæ non est nisi aut lumen gloriæ, aut visio beata: lumen autem gloriæ est virtus quædam intellectualis, quæ ex natura sua solū est principium sui actus secundi seu operationis, operatio autem, quæ est ipsa visio beata est quidam actus immanens, qui per se, & natura sua non est operatiuus extra suam potentiam. Deinde illud lumen, ac visio per se omnino abstrahunt à corpore, & communia sunt Angelis, atq; illis omnino accidentarium est, quod anima vnatur corpori: non est ergo vnde habeat naturalem virtutem effectricem claritatis in corpore, neq; in anima gloriosa fingi, aut excogitari potest aliud principium, à quo physice manet claritas. Nam gratia, quæ est in essentia animæ, & quando consummata est, vocatur etiam gloria, non est principium physicum talis claritatis, vt per se constat. Illud ergo fundamentum, seu dictum Augu. intelligendum est, non secundum dimanationem physicam, sed secundum quandam rationem debiti fundamenti vel in merito, vel in connaturali proportione inter animam, & corpus, & inter beatitudinem animæ, ac beatitudinem corporis. Et

*Claritas transfigurationis fuerit ne dos corporis gloriosi.*

*Dubium.*

*Responso.*

*Dubium Augustini.*

*Damasceni Responso.*

*Claritas corporis gloriosi quomodo ex anima claritate dimanet.*

D d hoc

hoc satis est ad intentionem D. Tho. vt ex dictis constat. Et eodem modo intelligenda est altera pars ex Damasc. sumpta. Nam si confideretur diuina persona, quatenus subsistentia est vnita illi corpori, vt sic non est principium alicuius physice actionis ad extra, sed solum quatenus habet voluntatem, & omnipotentiam cum Patre, & Spiritu sancto communem; ergo ab illa vt vnita non potuit physice manare hæc claritas. Sed, quia ratione illius est aliquo modo debita, & quia eadem persona, quæ illam efficiebat, erat persona illius nature, ideo dicitur ab ipsa diuinitate manasse. Sicut etiam gratia habitualis, & aliæ virtutes infusæ dicuntur dimanare à gratia vnionis, sicut explicuimus in priori tomo disp. 18. sect. 3. Hæc vero intelligenda sunt de emanatione connaturali per propriam, & connaturalem actionem. Nam si fit sermo de actione instrumentaria, facile intelligitur, animam Christi habere vim ad efficiendam gloriam in suo corpore, sed hanc vim nõ habet propter beatitudinem animæ, nec solum per illam, sed propter vnionem ad Verbum, & persum substantiam, vel voluntatem, vel per visionem, si voluerit. Hanc vero actionem instrumentariam concedere omnibus beatis, seu visionibus beatificis voluntarium est.

D. Thom.

Caiet.

Euthym.

Clarior in veste Christi et splendor in nube vultus.

Solutiones argumentorum claræ sunt. Solum in sol. ad 3. est animaduertendum, D. Thom. explicare candorem vestium Christi in transfiguratione nihil aliud fuisse quam claritatem, & splendorem. Caiet. addit splendorem vestium à corporis splendore redundasse, quod etiam significauit Euthym. suo c. 34. in Matth. dicens: *Vestimenta eius facta sunt candida, sicut lumen diffuso etiam in illa splendore.* Addit etiam Caiet. nubem lucidam splendore à corpore Christi & eius vestibus resultante illuminatam esse. Quæ pie, ac probabiliter sunt considerata. Quia non est dubium, quin ipsamet virtus Christi fuerit proximè principium efficiens omnem illum splendorem. Et sic quidem fieri potuit, vt vnus splendor ab alio resultaret. Et hic modus est magis connaturalis, magisq; declarat vim, & energiam illius gloriose charitatis, qua corpora beata non solum in se lucida erunt, sed etiam fulgebunt sicut sol, & circumstantia corpora illustrare poterunt.

ARTICVLVS III.

Vtrum testes transfigurationis conuenienter fuerint induciti.

444.



**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod non conuenienter induciti fuerint testes transfigurationis. Vnusquisque enim maxime potest prohibere testimoniũ de notis. Sed qualis esset futura gloria, tempo e transfigurationis Christi nulli homini per experimentum erat adhuc notum sed solis Angelis. Ergo testes transfigurationis magis debuerunt esse Angeli, quam homines.

2. Præterea, Testes veritatis non decet aliqua fictio, sed veritas: Moyses autem, & Helias non ibi vere assuerunt, sed imaginariè: dicit enim quædam glossa super illud Luca 9. Erant autem Moyses & Helias, &c. Sciendum est, inquit, non corpora vel animas Moysi & Helias ibi apparuisse, sed in subiecta creatura illa corpora fuisse formata. Potest etiam credi Angelico ministerio hoc factum esse, vt Angeli eorum personas assumerent. Non ergo videtur, quod fuerint conuenientes testes.

3. Præterea, Act. 10. dicitur, quod Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent. Ergo non soli Moyses, & Helias debuerunt adesse tanquam testes, sed etiam omnes Prophetæ.

4. Præterea, gloria Christi omnibus Christi fidelibus promittitur: quos per suam transfigurationem ad illius gloriæ desiderium accendere voluit. Non ergo solos Petrum, Iacobum, & Ioannem in testimonium suæ transfigurationis assumere debuit, sed omnes discipulos.

In contrarium est Euangelica Scriptura auctoritas. Respondeo dicendum, quod Christus transfigurari voluit, vt gloriam suam hominibus ostenderet. Et ad eam desiderandam homines promoueret: sicut supra dictum est. Ad gloriam autem æternæ beatitudinis adducuntur homines per Christum, non solum qui post eum fuerunt, sed etiam qui eum præcesserunt. Vnde eo ad passionem properante, tam turba, quæ sequebatur, quam quæ præcedebat, ei clamabant, Hosanna: vt dicitur Matth. 21. quasi salutem ab eo petentes. Et ideo conueniens fuit, vt de præcedentibus ipsum testes adessent, scilicet Moyses, & Helias: & de sequentibus ipsum, scilicet Petrus, & Iacobus, vt in ore duorum, vel trium testimonium staret hoc verbum.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus per suam transfigurationem manifestauit discipulis corporis gloriam, quæ ad solos homines pertinet. Et ideo conuenienter non Angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur.

Ad secundum dicendum, quod glossa illa dicitur esse sumpta ex libro, qui intitulatur de Mirabilibus sacre Scripturae, qui non est liber authenticus, sed falso adscribitur Augusti & ideo illi glossæ non est standum. Dicit enim expresse Hieronymus super illud Matth. Considerandum est, quod Scribæ & Phariseis de celo signa poscentibus dare noluit: hic vero vt Apostolorum auget fidem, dicitur signum de celo. Helias inde descendente, quod consenderat, & Moyses ab inferis resurgente. Quod non est sic intelligendum quasi anima Moysi suum corpus resumpsit: sed quod anima eius apparuerit per aliquod corpus assumptum, sicut Angeli apparent. Helias autem apparuit in proprio corpore, non quidem de celo empyreo allato, sed de aliquo eminenti loco, quo fuerat in curru igneo raptus.

Ad tertium dicendum, quod (sicut Chrysostomus dicit super Matth.) Moyses & Helias in medium adducuntur propter multas rationes. Prima est hæc: quia enim turpe dicebant eum esse Heliam, vel Hieremiam, aut vnum ex Prophetis, capiti Prophetarum & domini. Secunda ratio est, quia Moyses legem dedit Helias pro gloria Domini amulatore fuit. Vnde per hoc, quod simul cum Christo apparent, excluditur calumnia uideorum accusantium Christum tanquam transgressorem legis, & blasphemum, Deo sibi gloriam usurpantem. Tertia ratio est, vt ostendat se habere potestatem meritis, & vitæ, & esse iudicem mortuorum, & viuorum, per hoc quod Moysen iam mortuum, & Heliam adhuc viuientem secum ducit. Quarta ratio est: quia sicut Luc. dicit. Loquebantur cum eo de excessu, quem completurus erat in Hierusal. id est de passione, & morte sua. Et ideo vt super hoc discipulorum animos conformaret, inducit eos in medium, qui se morti exposuerunt pro Deo. Nam cum Moyses periculo mortis se obtulit Pharaoni: Helias vero Regi Achab. Quinta ratio est: quia volebat vt discipuli sui amularentur Moysi mansuetudinem, & Zelum Helias. Sextam rationem addit Hilarius. vt ostenderet scilicet se per legem, quam dedit Moyses, & per Prophetas, inter principes quos fuit Helias precipuus, esse predicatum.

Ad quartum dicendum, quod alia mysteria non sunt omnibus exponenda immediate: sed per maiores suo tempore ad alios debent deuenire. Et ideo, vt Chrysostomus dicit, assumpsit tres tanquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Christum, & iterum in potestate sibi commissa. Ioannes vero in priuilegio amoris, quo à Christo diligebatur propter suam virginisatem: & iterum propter prerogatiuam Euangelicæ doctrinæ. Iacobus autem propter prerogatiuam maritij. Et tamen hos ipsos noluit hoc quod viderant, alius annuntiare ante resurrectionem, ne (vt Hieronymus dicit) & incredibile esset propter magnitudinem, & post tantam gloriam apud rudes animos sequeus crux scandalum faceret, vel etiam totaliter impediretur à populo. Et vt cum essent Spiritu sancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

COM.

COMMENTARIUS.

**Mysterium transfigurationis coram testib. cur essetum. Eulhym.**  
**Damasc.**  
**Deut. 7. 2 Cor. 1.**  
**Leo Papa.**  
**Chrysostr.**  
**Hilar.**  
**Damasc.**  
**Leo Papa**  
**Tertul.**  
**Epiphan.**  
**Petrus, Iacobus, & Iohannes testes assumpti transfigurationis cur.**  
**Damasc.**  
 IN corpore artic. probat D. Thom. oportuisse mysterium hoc coram aliquibus testibus fieri. Quia (vt recte supra notauit Eulhym.) non fiebat propter Christum: sed propter utilitatem nostram: si autem esset omnino occultum, quae fuisset in eo utilitas? Rursus optimam etiam congruentiam affert D. Thom. ob quam decuit testes illos assumi, & ex hominibus, qui Christum praecesserant, & qui eum sequebantur, vt indicaretur omnes futuros esse participes illius gloriae per eundem Christum. Cui addi potest, (quod Damasc. ait) vocasse Christum testes vtriusque testamenti, vt se vtriusque Dominum declararet, & eorum conformitatem ostenderet. Denique recte etiam probat D. Thom. fuisse conuenientem illum numerum testium, vt in ore duorum, vel trium firmaretur hoc verbum. Quam rationem tetigit Leo Papa dicit. sermo. de transf. Cui addi potest, accessit eos esse tres ex ijs, qui sequebantur Christum, cum ex ijs, qui ipsum antecesserant, duo sint tantum vocati, vel vt significaretur maior perfectio legis gratiae, pluresque esse gloriam consequuturos ex ijs, qui Christum sequuntur, quam ex ijs, qui praecesserunt: vel certe quia testimonium de excellentia illius gloriae magis necessarium erat ijs, qui crucem Domini erant inspecturi, & imitaturi, quam ijs, qui iam praecesserant. Cur autem hi potius homines, quam alii assumpti sint ad testimonium de hoc mysterio reddendum, explicat D. Thom. in solut. argument.

In sol. ergo ad primum rationem tradit, cur non sint vocati angeli, eamque esse dicit, quia non spiritalis, sed corporalis gloria ostendebatur. Vbi ponderandum est, si D. Thom. censuisset, Angelos non habere gloriam per Christum, potuisset rationem reddere consentaneam ijs, quae in corp. arti. docuerat, solum vocatos fuisse homines, qui soli illi per Christum ad gloriam adducuntur: tamen quia D. Thom. est in ea sententia, (quae vera est) Angelos etiam habere gloriam a Christo, ideo non est vsus ea ratione: sed alia de gloria corporis, quae sufficiens est.

In solut. vero ad 3. (omissa solutione ad 2. de qua postea disputandum) plures rationes adducit, ob quas Moyses, & Elias potius, quam alij ex veteribus in transfiguratione apparuerunt, quae sumptae sunt ex Chrysostr. hom. 57. in Matt. & ex Hilario, can. 17. in Matth. Eadem fere habet Damasc. dicta orat. de transfiguratione, & Leo Magnus loco citato. Qui aliam rationem indicat, scilicet apparuisse Moysen legislatorem, vt ostenderetur possibilia fieri mandata per gratiam, & Eliam insignem Prophetam, vt doceretur prophetiam veram fieri per Christi praesentiam. Adde ex Tertullia. libr. 4. contra Marc. c. 22. apparuisse Moysen, & Eliam, quando Pater dedit testimonium filio, eumque nos audire praecipit. Vt intelligatur facta translatio auditionis a Moysse legulatore, & Eliam a mutatore legis, a creatore in Christum eius secundum decessionem veteris, & successionem noui Testamenti. Tradit igitur Pater filio discipulos novos, ostensus prius cum illo Moysse, & Eliam in claritate prerogatiua, atque ita dimissis quasi iam officio, & honore perfunctis, & hanc rationem tetigit etiam Epiphan. h. ref. 42. con. fu. 17. Euangelij Marcionis dicens, Christum duxisse secum in gloria sua Moysen, & Eliam, vt sese ostenderet, non esse contrarium legi, & Prophetis.

In solut. ad 4. rationem reddit, quare potius Petrus, Iohannes, & Iacobus huius mysterii testes vocati sint, quam alij Apostoli. Et fere eandem habet Damascen. dicta oratione, dicens, Petrum quidem vocatum esse, & quod esset caput Ecclesiae, & quod Christo testimonium reddidisset, esse filium Dei viui, & experimento cognosceret reuelatione aeterni Patris se tantum mysterium didicisse, Iohannes vero quod esset virgo, quodque de Christi diuinitate clarissimum illud esset testimonium redditurus. Ita

Fr. Suarez, Tom. 2.

A principio erat verbum, vsq; ad illud, & Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre. Ioann. 1. vt posset dicere: Quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod persequimus: & manus nostrae contractauerunt de verbo vitae annuntiamus vobis. i. Ioann. 1. Iacobum denique, quod Apostolorum primus martyrium esset pro Christo subiturus. Denique (ait Damasc.) hi vocati sunt, quod summis virtutum ornamentis praediti essent, & singulariter a Christo diligerentur.

ARTICVLVS IV.

Vtrum conuenienter auditum fuerit testimonium paterna vocis in transfiguratione.

**245.**  
**In car. an**  
**Mar. 17. lib.**  
**2. & Mar. 9. lib. 1.**  
**2.**  
**secun.**  
**do idipsum non repetit.**  
**Sed in baptismo hoc ipsum paterna vox fuerat protellata. Non ergo fuit conueniens, quod hoc iterum protellaretur in transfiguratione.**

2. Praeterea, In baptismo simul cum voce paterna affuit Spiritus Sanctus in specie columbae, quod in transfiguratione factum non fuit. Non ergo conueniens videtur fuisse Patris protellatio.

3. Praeterea, Christus docere incepit post baptismum, & tamen in baptismo vox Patris ad eum audiendum homines non induxerat: ergo nec in transfiguratione inducere debuit.

4. Praeterea, Non habent aliquibus dici ea, quae ferre non possunt, secundum illud Ioann. 16. Adhuc habeo vobis multa dicere, quae non potestis portare modo. Sed discipuli vocem Patris se non poterant, dicitur enim Matth. 17. quod audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde, ergo non debuit vox paterna ad eos fieri.

In contrarium est autoritas Euangelica Scriptura.

Respondeo dicendum, quod adoptio filiorum Dei est per quam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem. Quod quidem fit dupliciter. Primo quidem fit per gratiam vite, quae est conformitas imperfecta. Secundo, per gloriam patriae, quae erit conformitas perfecta, secundum illud primum Ioannis tertio. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Quia igitur gratiam per baptismum consequitur, in transfiguratione autem praemonstrata est claritas futura gloria, ideo tam in baptismo, quam in transfiguratione conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationem testimonio Patris, quia solus est perfecte conscius illius perfecta generationis simul cum filio, & Spiritu S.

Ad primum ergo dicendum, quod illud verbum referendum est ad aeternam Dei locutionem, quae Deus Pater Verbum vnicum protulit sibi coaeternum. Et tamen potest dici, quod licet idem corporali voce Deus protulerit, non tamen propter idem, sed ad ostendendum diuersum modum, quo homines participare possunt similitudinem filiationis aeternae.

Ad secundum dicendum, quod sicut in baptismo, vbi declaratum fuit mysterium primae regenerationis, ostensa est operatio totius Trinitatis per hoc, quod fuit ibi filius Incarnatus, apparuit Spiritus sanctus in specie columbae, & Pater fuit ibi declaratus in voce: ita etiam in transfiguratione, quae est Sacramentum secundae regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in voce, Filius in homine, Spiritus Sanctus in nube clara. Quia sicut in baptismo dat innocentiam, quae per simplicitatem columbae designatur: ita in resurrectione dabit electis suis claritatem gloriae, & refrigerium ab omni malo, quae designantur in nube lucida.

De 1 Ad ter.

Ad tertium dicendum, quod Christus venerat gratiam actualiter dare, gloriam vero promittere verbo. Et ideo conuenienter in transfiguratione inducuntur homines, vt ipsum audiant, non autem in baptismo.

Ad quartum dicendum, quod conueniens fuit discipulis voce paterna terri & proferri, vt ostenderetur, quod excellentia illius gloria, qua tunc demonstrabatur, excedit omnem sensum, & facultatem mortalium, secundum illud Exodi 33. Non videbit me homo, & viuet. Et hoc est quod Hieronymus dicit super Matth. quod humana fragilitas conspectum maioris gloriae ferre non sustinet. Ab hac autem fragilitate sanantur homines per Christum, eos in gloriam adducendo: quod significatur, per hoc quod dixit eis. Surgite, nolite timere.

Super illud Matth. 17. audientes discipuli ceciderunt in facies 109.

Litera D. Tho. est elegans, & perspicua, nihilque addendum occurrit ijs, quae supra diximus agentes de baptismo Christi, in quo Pater idem testimoniū filio reddidit.

## DISPUTATIO XXXII

in tres sectiones distributa.

De ijs, quae in transfiguratione Domini acciderunt.

**H**X rebus omnibus à Christo in vita gestis ante passionem, solum mysterium transfigurationis superest explicandum, quod licet fuerit vnum ex miraculis, quae ad confirmationem doctrinae suae perfecit: tamen quia in propria illius persona gestum est, & singularem habet excellentiam, dignitatem atque utilitatem, ideo merito propria, & speciali disputatione tractatur. Tria vero sunt, quae ad illius cognitionem desiderari possunt: Nimirum quid sit transfiguratio, propter quid, & quibus circumstantijs sit facta. Quaestio enim, an facta sit, locum non habet: sed supponenda est ex historia Euangelica. Ex his autem tribus partibus, secunda sufficienter explicata est in commentario, arti. 1. D. Tho. vbi rationes varias reddidimus, propter quas Christus transfiguratus est: de prima vero tertiaque parte multa etiam tunc praecedentes articula, pauca vero quaedam addenda supersunt.

## SECTIO I.

Vtrum transfiguratio facta sit per nouam claritatem corpori, vel faciei Christi inhaerentem.

**I**n hac re variae possunt esse sententiae. Prima est. Transfigurationem Christi non esse factam nouam per aliquam mutationem effectam in ipso obiecto: sed solum per immutationem sensuum Apostolorum. Quae sententia duobus adhuc modis lingi potest. Vnus est, quod Apostoli reuera nihil exterius viderint: sed solum imaginaria representatione omnia, quae ibi narrantur, transacta sint. Hanc sententiam tribuit Henrico Medina hic, non tamen designat locum, neque ego reperire potui. Eandem adscribunt aliqui Bedae propter quaedam verba, quae D. Tho. hic ar. 2. argumento 2. refert. Sed illa, & à D. Tho. satis explicantur, & in Beda non reperiuntur. Quin potius Luc. 9. inueniuntur verba similia: tamen sensus est quem D. Tho. tradit. Igitur cuiuscunque sit illa opinio, erronea est, contra veritatem, expressamque historiam Euangelij, quam ipse Beda satis apte, & conuenienter exponit lib. 3. in Lucam capit. 38. Itaque certum sit proprietatem verborum esse retinendam, prout fides historiae requirit, atque ita vere, ac sensibilibiter faciem Christi splenduisse, & idem iudicium est de reliquis, quae narrantur. Alter modus, seu secunda sententia est, faciem Christi affuisse oculis discipulorum, non quia nouum acquiescit: sed quia tunc datum est discipulis, vt videre possent lumen, quo caro Christi in se sem-

per fulgebat. Sicut enim Aug. 22. de ciui. c. 16. dicit in corpore Christi post resurrectionem claritatem non defuisse; sed oculis fuisse discipulorum absconditam, quia eam ferre non poterat humanus atque infirmus aspectus. ita existimare aliquis posset, hanc claritatem nunquam defuisse corpori Christi, oculis tamen hominum fuisse occultam, quia illam intueri non poterant, atque ita in transfiguratione solum fuisse confortatos oculos discipulorum, vt illa possent aspicere. Quem dicendi modum posset aliquis ex Damascen. colligere: sic enim scripsit in praedicta oratione. Coram discipulis transfiguratur, qui semper eodem modo glorificatus est, ac diuinitatis fulgore coluget, & infra, Ac gloriam quidem, caro simulata, ex nihilo in ortu producta est; obmutat, diuinitatis gloria corpori quoque gloriam conciliauit, & infra, quanquam igitur nunquam sanctum illud corpus diuina gloria expersuerit: at cum ea gloria in corpore sub aspectu cadente obscura esset, ab ijs, qui carnis vinculo constringebantur, cerni non poterat: Transfiguratur itaque, non quod erat assumens, neque in id, quod non erat, migrans, verum id, quod erat discipulis suis declarans, eorum nimirum oculos aperiens. Atque haec sententia est horum verborum. Transfiguratus est ante eos. Idem enim ipse manens praeter id, quod prius cernebatur, aliud nunc discipulis apparere videbatur. Ad huc modum videtur loqui Epiph. libr. 2. haer. 69. in fin.

Sed longe alia est mens Damasceni. Sententia enim illa nullo modo sustineri potest, est enim erronea contra veram corporis Christi possibilitatem. Dicere enim corpus Christi fuisse semper in se gloriosum licet non apparuerit, nihil aliud est, quam affirmare ipsum in se fuisse impassibile, quamuis patitur videtur. Dices, habuisse semper in se dotem claritatis, absque dote impassibilitatis. Sed hoc est in primis contra vniuersae Ecclesiae sensum, ac perpetuam traditionem, quae docet Christi corpus caruisse corporis gloria, quando vixit. Est praeterea fingere sine fructu & fundamento quoddam perpetuum miraculum, nimirum vt corpus impassibile, & mortale fuerit semper gloriosa claritate affectum, & quod splendor ille existens in corpore nullo modo sensibus obijceretur, & quod corpus ipsum conspiceretur non aliter lucidum, aut coloratum, quam sint alia corpora humana. Damascen. ergo in citato loco, gloriam corporis Christi vocat non claritatem corpoream: sed ipsammet hypostaticam vniorem: seu diuinitatem ipsi carni Christi substantialiter vnitam, & hoc sensu dicit corpus illud fuisse glorificatum statim, ac formatum est: haec vero eius gloriam propter carnis impassibilitatem fuisse occultam: in transfiguratione autem fuisse manifestatam non in se, sed per radios gloriose claritatis ab illa manantes, nec quia ipsa tunc de nouo facta fuerit: sed quia tunc quodam modo fit facta visibilis oculis discipulorum qui hoc sensu dicuntur fuisse tunc aperti, non quia immutatio in lolis illis facta sit, sed quia latens diuinitas tunc quodammodo illis manifestata est. Hunc autem esse sensum Damasc. constat. Tum ex eius doctrina lib. 3. de fide cap. 17. & in alijs locis frequentibus, vbi hoc modo explicat hanc carnis glorificationem, quam desinationem etiam appellat. Tunc etiam ex illa mer oratione, vbi saepe dicit claritatem transfigurationis mansisse ex ipsa pietate, & discrimen constituit inter claritatem, qua facies Moyses splenduit, à Christi claritate, quod illa fuit ab extrinseco: haec vero (inquit) ex intrinseca diuina gloria claritate manabat. Sentit ergo fuisse hanc claritatem nouam, quamuis à diuinitate manantem, & eodem modo exponendus est Epiph. Cum hac vero interpretatione optime consentit alter locus Greg. Naz. orat. 49. de fide, vbi de hoc mysterio sic loquitur. Vt sol cum in nube tegitur, claritas eius comprimitur, non caecatur, & lumen illud, quod toto orbe diffusum claro splendore cuncta perfundit, paruo admodum obstaculo nubis includitur, non avertitur: sic & homo ille, quem Dei filius induit, deitatem in illo non intercepit, sed abscondit.

Denique

Deniq; cum se in monte paululum extra ipsum hominem extraxisset, fulgore luminis eius pene obcecari Apostoli sunt, & infra. Vt claritas solis non vsq; ad nostros emicat visus, sed sibi salua est, quia quod non videtur, infirmitatis est nostre, quorum oculos nubium texit obscuritas, ita & maiestas illa diuina, que vt dixi, corpus induerat, probat se no suo detrimento proprio lassisse fulgore, sed carnis (vt dixi) beneficio, cuius causa filius DEI filius hominis esse sustinuit.

Tertius modus explicandi hoc mysterium est, quod reuera noua quaedam claritas circa Christum fit effecta, ratione cuius facies eius splendescere visafit, ipsa vero claritas reuera no adhaerit ipsi corpori, seu faciei Christi, sed solum aeri: ad faciem autem Christi terminata fuerit extrinsece, seu per solam contiguitatem, sicut multi censent lucem solis terminari ad speculum, seu ad corporis opaci superficiem. Hic modus dicendi videtur insinuari ab Aug. libro 3. de mirab. sac. Scrip. c. 10. Vbi sic inquit, Licit in hac ostensione Domini facies, solari splendore fulserit, non ipsa caro splenduit, sed diuinitas latens in corpore luminis sui portiuiculam conspiciendam foris videntibus, quantum poterant, concessit. Sed hic etiam modus explicandi, licet non fit tam aperte erroneus sicut praecedentes, est tamen sine dubio falsus. Primo, quia Matth. dicit, respicendisse faciem eius, sicut solem, & esse transfiguratum, seu transformatum, & Lucas dicit, Et facta est species vultus eius altera. Sed haec omnia non possunt in proprietate sermonis esse vera propter solum extrinsecum corpus Christo adiacens de nouo immutatum, necesse est ergo, vt in ipsamet facie, & carne Christi facta sit immutatio per aliquam qualitatem illi inherentem, non quidem corruptentem, neque alterantem naturalem dispositionem eius, sed perficientem, & illustrantem illam.

Secundo, quia quod Christus paulo ante dixerat Matth. 17. Sunt quidam de hic astantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis, venturum in regno suo, id est, in gloria sua, multi sancti interpretantur esse impletum in Christi transfiguratione, vt Chrysost. Damasc. Leo Papa, & alij supra citati, & Euseb. Emislen. ferm. in sabbato post 2. Dominicam Quadragesimae. Qui omnes colligunt tunc esse visum corpus Christi in gloriosa claritate corporis sui, sed corpus gloriosum non erit splendens per claritatem alterius corporis ad ipsum extrinsece terminatum: ergo nec corpus Christi. Neq; mens Augu. in verbis supra citatis fuit negare carnem Christi vere splenduisse, sed non proprio lumine, seu quod a se haberet, sed lumine, a diuinitate manante, vt verba ita subiuncta declarant. Vnde vestimenta candorem niuis habuerunt, Aum neque de carne, neque de diuinitate erant? Nisi forte vt per carnem diuinitas foris illuxit, sic & caro illuminata de diuinitate per vestimenta radiabat.

Dicendum est igitur, Christum transfigurari nihil aliud fuisse, quam corpus eius eximia gloriae claritate sibi ipsi inhaerente de nouo affici, ac illustrari. Quod ex refutatione aliorum modorum, & exciditis in comment. artic. 1. & 2. D. Thom. satis est comprobatum.

Sed possunt circa hoc nonnulla dubia agitari. Primum est, an illa claritas fuerit eiusdem naturae cum lumine, & claritate solis. Sed haec dubitatio communis est omnibus beatis, suppositis iis, quae diximus, scilicet claritatem corporis Christi fuisse eiusdem rationis cum claritate gloriae, & ideo de illa plura dicemus infra de resurrectione disputantes. Nunc breuiter videtur illam claritatem esse altioris rationis, quamuis contrarium doceat Durand. in 3. dif. 16. q. 2. sine efficaci probatione. Nostra vero sententia est D. Thom. ibi. q. 2. art. 1. ad 4. & ad 2. & eandem videtur supponere in tota hac quaest. tenet etiam Richard. in 4. d. 49. art. 4. q. 6. vbi dicit hanc claritatem

Fr. Suarez. tom. 2.

A esse supernaturalem. Idem scribit Scot. ibi. q. 15. & Scot. Scotus. q. 4. art. 8. quamuis non nihil haeritet. Et videtur hoc magis consentaneum modo, quo Scripturae de hac claritate loquuntur. Quanquam enim interdum illam comparent cum luce solis, sicut hic dicitur, Et splenduit facies eius, sicut sol, & Matt. 23. Fulgebunt iusti, sicut sol, tamen haec comparationes fiunt (vt Patres notat) quia non est in sensibilib. aliud exemplum, quo intellectus noster possit manuduci ad concipiendam illam admirandam claritatem corporum gloriosorum. Quam alterius rationis esse indicant Scripturae alijs locis, Apocalyp. 21. vbi caelestem beatitudinem Ioannes describit, Ciuitas (inquit) illa non eget sole neq; luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit illam, & lucerna eius est agnus, & prius dixerat, Vidi ciuitatem sanctam habentem claritatem Dei. Solet enim Scriptura, quando excellentiam alicuius rei explicare vult, Dei cognomine insignire, vt paradysus Dei, cedri Dei, montes Dei. Sic ergo Ioannes, vt significet claritatem illam esse alterius ordinis & excellentiae, vocat claritatem Dei. Vnde Paul. ad Phil. 3. Reformabit (inquit) corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae, no claritatis solis: sed alterius excellentioris claritatis, quae propria est corporis Christi, & ab illo tanquam a primo fonte, & exemplari ad alia corpora beatorum manat. Deinde illa claritas habet principium, & radicem alterius ordinis, nempe supernaturalem gloriam animae ergo & ipsa esse debet supernaturalis. Nam si anima dotibus supernaturalibus perficitur, cur non etiam, & corpus? Praesertim cum aliae tres dotes corporis supernaturales sunt. Deniq; non repugnat intelligere claritatem corporalem in specie sua nobiliorē claritate solis: cur ergo negabimus Deum illā dedisse corporib. beatorum, cū hoc totū perfectioni illius beatitudinis sit cōsentaneum.

An vero illa claritas gloriae naturaliter possit oculis corporis videri, alio loco disputandū est. Mihi tamen videtur, illā non esse extra latitudinem obiecti visibilis, quāquam corruptibilis oculus propter imbecillitatem no possit fortasse in illā intendere, vt ideo verisimile fit (quod Durand. etiā supra notauit) confortatos fuisse discipulorū oculos, vt possent eā claritatem intueri. Nā quod eam oculis corporis viderint, certissimū est, vt notauit Aug. lib. cōt. Adimant. Manich. c. 28. De quo legi potest D. Th. in 4. d. 44. q. 1. art. 4. q. 2. & quae dicemus in materia de resurrect.

Alterum dubium est, vtrum haec claritas transfigurationis fuerit tantū in superficie corporis Christi, an etiam in intimis partib. corporis: sicut erat in nube, & videtur etiam fuisse in vestibus, quia diuina lucis communicatione condecorata fuerunt, vt Damasc. loquitur: in finians id, quod cum Caietano supra dicebamus, corpus ipsum fulgore suo illuminasse vestes. non potuissent autem vestes illuminari a corpore ita, vt in externa superficie candidae apparerent, ac lucidae, nisi lux totam substantiam vestium penetraret, ac si esset Chrystallus, vel aliud simile corpus. Nam si sola superficies vltima illustraretur, sola interior superficies, quae erat carni coniuncta fuisset illuminata: exterius autem non appareret lux: sed potius contegeretur, si ergo lux vestes omnino penetravit, multo magis totum Christi corpus. Deinde haec claritas dicitur manasse ab anima beata: ergo sicut anima beata totū corpus intime informat, ita videtur proportionatum, ac debitum illi esse, vt totum illud reddat fulgens, ac lucidum, atq; ita videtur sentire Theologi de corporibus beatorum: sicut igneus carbo totus fulget non solū in extima superficie, sed intus, quia intus habet conceptum lumen, qui per poros foras radios effundit, vel sicut sol non solū in vltima superficie: sed intime in tota sua substantia lucidus est, ergo idem dicendum est de corpore Christi. Quod sicut sol fulsisse dicitur, & in gloria sua apparuisse eo modo, quo a beatis conspicietur (vt Damascen. ait) vel sicut in die iudicij appar-

rebit

August.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17.

Chrysost. Damasc. Leo Papa. Euseb. Emis.

Augustin.

Dubium.

Responsio

Durand.

D. Thom.

Richard.

Matth. 23.

Philipp. 3.

Claritas corporis gloriosi corporis oculus non videri naturaliter posse.

Dubium 2.

Damascen. Caietan.

Damasc.

Hieronym.

Leo Papa.

D. Thom. Durand. Claritas transfigurationis in superficie tantum extrema corporis Christi recepta.

Respons.

Dubium. Matth. 17. Luc. 9.

Responsio. Totum Christi corpus claritate gloriae perfusum.

Marc.

Hieronym.

rebit (vt inquit Hieron.) quantum ad claritatem scilicet corporis, non vero quantum ad visionem diuinitatis, quam discipuli mortali carne circumdati inueniri non poterant, vt Leo Papa dicit.

Nihilominus D. Thom. ar. 1. ad 2. sentit claritatem illam tantum fuisse in superficie externa corporis Christi, & idem habet in 3. d. 16. qu. 2. art. 1. ad 3. & Durand. q. 2. num. 7. & D. Thom. hoc colligit ex nomine transfigurationis. Nam sicut figura est in termino, seu superficie, ita color, seu claritas corporis opaci, & inde dicta est transfiguratio mutatio illa, quæ facta est in extremitate, seu superficie corporis Christi, ergo illa claritas tantum ibi fuit. Deinde non potest esse claritas tam profundi corporis, quin illud reddat transparentes & visu penetrabile, quia lux est actus diaphani, vt diaphanum est: corpus autem Christi non videtur factum fuisse transparentis in transfiguratione, alioquin viderent Apostoli interiores partes corporis eius: cum tamen solum legantur vidisse faciem eius splendescere. Quocirca nec vestimenta eius facta sunt transparentia, quia sola ipsa sunt alba, & non per illa visa est caro Christi. Vnde sicut candor in extrema superficie tantum videtur, ita ille candor seu splendor vestium. Ex his sententijs quælibet potest facile defendi hæc tamen posterior videtur probabilior. Tum propter authoritatem D. Thom. Tum quia est magis consentanea verbis Euangelij. Tum quia ad finem, & utilitatem huius miraculi hoc satis est, & ideo non est augendum miraculum sine necessitate: multo autem maius miraculum est mortale corpus totum intime lucere, quam in sola superficie extrema claritatem quantamcumque recipere. Quapropter licet probabile sit corpora gloriosa futura esse lucida omnino & transparentia, non est necesse, vt de corporis Christi transfiguratione hoc fateamur. Quia licet tunc assumpserit claritatem gloriae, non tamen modo perfecto, & stabili, & ideo satis est, quod superficie tenus assumpserit.

Tertium dubium esse potest, an hæc claritas fuerit tantum in facie Christi. Et ratio dubitandi esse potest, quia Matth. solum dicit. Et resplenduit facies eius, sicut sol. Lucas vero. Et facta est species vultus eius altera, indicant ergo solum in facie Christi fuisse claritatem illam. Deinde ad utilitatem miraculi hoc satis est, quia sola species faciei ab Apostolis conspicietur. Nihilominus verisimilius est, totum corpus fuisse claritate perfusum, quia totum dicitur transfiguratum, seu transformatum. Et quia totum informabatur anima beata, & quia tota hæc illustratio poterit miraculo deservire. Nam dum Euangelistæ dicunt splenduisse faciem eius, non excludunt reliquas corporis partes. Nam sine dubio etiam splendebant manus cum cerni oculis possent, reliquæ autem intimæ partes, quæ vestibus tegebantur, quamuis in sese immediate non viderentur, in vestibus tamen quodammodo conspiciantur, nempe per splendorem, qui in vestes ipsas redundabat. Vnde Mar. nulla faciei facta mentione solum dixit, Transfiguratus est, & vestimenta eius facta sunt splendida, Vbi particula, & consequutionem quandam videtur significare, ac si diceret, totus ipse est transfiguratus, & noua claritate perfusus: vnde factum est, vt etiam vestimenta splenduerint, est ergo verisimile claritatem illam per totum Christi corpus fuisse diffusam. Quam sententiam expresse docuit Hieron. in epist. 61. ad Pamachium aduersus errores Ioannis Ierosolymitani, dicens. Sic & Dominus noster in monte transfiguratus est in gloria, non vt manus ac pedes, ceteraque membra perderet, & subito in rotunditate, vel solis, vel spheræ volueretur: sed eadem membra solis fulgore rutilantia Apostolorum oculis perstringerent. Vnde & vestimenta eius mutata sunt in candorem, non in aerem, ne forte & vestes eius asseras spirituales. Et facies eius (inquit) fulgebat sicut sol. Vbi autem facies nominatur existimo, quod & cetera membra conspecta sunt. Quod vltimum verbum sic intelligendum existimo, esse con-

spicere per vestimentorum splendorem, qui ex corpore radiabat. Nam, quod vestes ipsæ factæ sint transparentes, & membra omnia in se ipsis visa sint, nec necessarium est, nec verisimile, quamquam (si id asseratur) multo magis dicendum erit omnia illa perfusa fuisse lumine, & claritate. Sed illud, prius (vt dixi) est verisimilius. Quod etiam Augustinus significauit illis verbis: Caro illuminata per vestimenta radiabat, Lyra. & idem sentit Lyra. Luc. 9. dicens, Vestimenta facta esse candida, vt essent conformia claritati corporis.

SECTIO II.

Vtrum Moyses, & Elias, vere cum Christo apparuerint in eius transfiguratione.

Principio dicendum erit de Elia, de quo minor difficultas est. D. Thom. igitur art. 3. refert Glossam super Luc. 9. dicentem Eliam vere non apparuisse, sed Angelico ministerio simulacrum Eliae demonstratum esse, & in solutione ad 2. dicit illam Glossam sumptam fuisse ex libro de mirabilibus sacræ Scripturæ, Augustino falso adscripto, ac propter ea nullius esse authoritatis. Sed in illis libris de mirabilibus sacræ Scripturæ eam inuenire non potui. Nam licet referri soleat ex lib. 3. cap. 13. tamen ibi nulla omnino fit mentio Eliae, in cap. autem 10. expresse contrarium docetur, nimirum vere ibi Eliam apparuisse. In Glossa vero ordinaria, & apud Hugonem Luc. 9. indicatur hæc sententia, & vt probabilis relinquatur, eamque tribuit Ambrosio Hugo Cardinalis, quæ apud illum non reperio, neque alium inuenio huius sententiæ defensorem, neque rationem, qua nitatur, quapropter vt erronea reijcienda est.

Dicendum itaque Eliam in propria, ac vera persona corpore, & animo viuente ibi apparuisse. Hoc probatur ex historia Euangelica, Marc. enim sic inquit, Es apparuit illis Elias cum Moysè, Matthæus vero, Et apparuerunt Moyses, & Elias cum eo loquentes, Lucas autem addit, Et ecce duo viri loquebantur cum eo, erant autem Moyses, & Elias. Quæ verba in sua proprietate, quam historia requirit, vera esse non possunt, nisi in prædicto sensu, & ideo omnes Patres ita illa intelligunt, & consentit vniuersa Ecclesia. Præterea nulla in hoc est difficultas, quia Elias corpore, & animo viuus perseuerat, vt est communis traditio Patrum, quos infra agentes de secundo Christi aduentu commemorabimus, nunc duos tantum testes proferamus. Alter est Augustinus libro primo de peccatorum meritis capite 3. dicens. Neque enim Enoch, & Elias per tam longam ætatem senectute maruerunt, neque tamen credo eos iam in illam spirituales qualitates corporum commutatos, qualis in resurrectione promittitur, que in Domino prima præcessit, nisi quia isti sortasse, neque iis cibus egent, qui sui consumptione reficiunt. Alter est, Tertullianus lib. de anima capite 35. Elias (inquit) non ex de-cissione vite, sed ex translatione venturus est, neque corpus restituendus, de quo non est exemplum, sed mundum reddendus, de quo est translatum, non ex postlimio vite, sed ex supplemento prophetie. Cum ergo Elias non esset ex mortuis reuocandus, sed ex alio loco, in quo viuunt in montem Tabor transferendus, quod facili negotio fieri poterat, non est, quod ambigamus ita factum esse, cum Scriptura dicat ibi Eliam apparuisse, & cum Christo loquentem esse. Vnde merito Epiphanius heres. 64. ex Proclo, & Methodio hæc verba refert, & approbat. Nihil Dominus mentitus est, quare non spectrum aut visum ostendit discipulis in monte, Eliam, & Moysen, quo ipsos deciperet, sed id quod erant extra falsitatem. Statim vero occurrebat quæstio, ex quo loco adductus sit: D. Thom. enim hic solum dicit allatum esse non de caelo empyreo, sed de aliquo eminenti loco, quo fuerat curru igneo raptus, sed quæstionem hanc in prædictum locum reiciamus, vbi de Elia ex professo disputabimus.

Secundo ex dictis licet colligere veram Moysis animam

animam alicui corpori coniunctam presentem mysterio affuisse. Hoc enim, vt minimū probant verba Scripturæ, & communis omnium Patrum consensus, vt statim videbimus. Vnde Aug. lib. de cura pro mortuis agenda, ca. 15. vbi probat animas mortuorum interdum apparere, cū induxisset Samuelis exemplum, quod in dubiū reuocari poterat, subdit: *Quid de Moyse dicturi sumus, qui & in Deuter. mortuus, & in Evangelio cum Elia, qui mortuus non est, legitur apparuisse viuensibus.* Vbi aperte sentit hoc non posse in dubiū reuocari. Quapropter quod Hugo Cardinalis Lu. 9. ex Chrys. refert, nullam animā ex inferno exiuisse, donec Christus illuc descendit, intelligendū est de exitu ad statum gloriæ, quamuis ipse Hugo non recte in hoc sentiat, sicut de Elia dictum est.

Controuersia autem est, in quo corpore Moyses apparuerit, & quomodo illi fuerit anima coniuncta. Quam vt explicemus supponendum est, ante illud mysterium animam Moysis mansisse à corpore separata, & in sinu Abrahæ cum alijs Patribus quiescisse. Quod præmittit ad excludendas duas falsas opiniones: Prior est quorundam, qui dixerunt, Moysen nondum esse mortuum, sed cū Elia, vsq; ad iudicij diem referuari, vt iidem sint testes iudicij, qui fuerunt transfigurationis. Ita sentit Hilar. can. 20. in Matth. Ambr. etiam lib. 1. de Cain. & Abel. c. 2. sentit Moysen non fuisse mortuum, & ideo dicit: *Nemo scit sepulturam Moysi, quia vitam eius omnes nouerunt.* Idem insinuat Hierony. exponens verba illa Amos 9. *Qui edificat in celo ascensionem suam, Ascendit (inquit) Dominus in celo cum Heno. h. ascendit cum Elia, ascendit cum Moyse, cuius sepultura locus, quia in celum ascenderat, in terra non potuit inueniri,* & Grego. Nyssen. lib. de vita Moysis, sub finem, sic de illo scribit: *Virtuosa vita huius seculi finem asserit verbo Dei consummatum, finem dico viuum, cui non succedat sepultura, cui non addatur tumulus, cui nullam oculis caliginem, nullam facies corruptionem inducat.* Et ex recentioribus tenuit hanc sententiam Catharin. Gen. 1. & 2. Ioan. Arboreus lib. 11 Theosophiæ. c. 11. Qui auctores nituntur quibusdam cōiecturis, quas omitto, quia nihil habent difficultatis. Præsertim cum de morte Moysis expressa habeamus sacræ Scripturæ testimonia, Deut. 34 sic dicitur: *Ascendit Moyses super montem Nebo: mortuusq; est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab, iubente Domino.* Quæ vulgata versio tollit ambiguitatem, quam habet versio Septuaginta interpretum, & Ambrosium decepit. Illi enim legunt: *Mortuus est ibi iuxta verbum Domini,* ex quo Ambros. colligit, illam nō fuisse veram mortem, nam verbum Domini non occidit, sed viuificat. Quæ leuis est cōiectura, nam verbum Dei interdum occidit. Verbum ergo illud nullum aliud fuit, nisi illud: quod c. 32. Dominus dixerat Moysi: *Ascende in montem Nebo: & mouere in monte.* Quod esse intelligendum de vera morte, tam expresse ibi explicatur, vt non videatur, quomodo potuerit in dubium reuocari. Additur enim: *Quem ascendens iungeris populis suis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & opposuit populis suis.* Quid clarius? Rursus additur: *Quia prauaricati estis contra me in medio filiorum Israel.* Vbi illa præmatura mors dicitur esse poena illius culpæ. Deniq; post mortem dicitur traditus sepulturæ, vnde quod sepulcrum eius occultū dicitur, tantum abest, vt inde conijciendū sit fuisse mortis expertem. vt potius mortem eius manifeste confirmat. Vnde Epiphani. li. 1. hæref. 9. scribit, corpus Moysis fuisse ab Angelis sepultum, quod in honorē tanti viri factum esse dicit Oecumen. super epistolam Iudæ ex Philone lib. de vita Moysis, & late tractat Abulens. Deut. 34. q. 3. & sequentibus. Chryso. vero homil. 1. in Matth. dicit, factum id esse, ne Hebræi corpus eius adorarent. Denique Iosephus lib. 4. antiquitatum in fine, dicit consulto Moysen in sacris voluminibus scriptis se mortuū, ne Iudæi propter excellentē eius virtutem à Deo raptum prædicarēt.

**A** Posterior sententia (quam etiam omnino falsam esse supponimus) dicit, Moysen quidem mortuum esse: statim tamē surrexisse, ac propterea sepulcrum eius agnouisse neminem. Ita tradidit Rabbi Samuel lib. de aduentu Messia. cap. 13. Sed hæc sententia erronea est, & sine vilo fundamento, & contra omnium Patrum consensum, vt videbimus statim, & latius infra agentes de descensu Christi ad inferos.

Cum igitur animus Moysis tunc esset à corpore separatus de corpore, in quo apparuit in transfiguratione, duplex est opinio. Prima apparuisse in corpore aereo, quod nō informabat: sed solū vt motor illi coniungebatur, ad eum modum, quo Angeli solent assumere corpora. Hęc est opinio D. Tho. hic art. 3. ad 2. quem Lyranus sequitur Matt. 17. Abul. q. 54. & 55. ibi. Ratio solum est, quia ad illam apparitionem id satis erat, neq; oportebat tantum miraculum fieri, cum statim esset corpus relicturns.

Secunda sententia est, Moysen in suo vero corpore per veram Resurrectionem, & propriam animæ informationem apparuisse: Ita docet Hierony. cap. 17. March. illis verbis: *Moysē ab inferis resurgente.* Idem expresse August. dicto lib. 3. de mirabil. sacræ Scripturæ cap. 10. vbi in terminis quæstionem tractat, & veramque opinionem referens, hanc eligit, & eandem indicat Damascen. dicta orat. dicens: *In hoc monte mortuorum resurrectionis fides astruitur, ac mortuorum, ac viuorum Dominus esse declaratur, vt qui scilicet ex mortuis Moysen assumpsit, viuum autem Eliam ressem adhibuerit, & hanc opinionem amplexus est Sorus in 4. d. 43. q. 2. art. 1. ad. 2. Et licet prima sit probabilis, hæc mihi magis probatur. Primo, quia hoc modo syncerior est veritas Scripturæ. Dicit enim apparuisse Moysen, non esset autem Moyses in omni proprietate, nisi corpore constaret. Secundo, quia ibi apparuerunt Moyses, & Elia, vt essent testes gloriæ Christi, quapropter non fide, sed vere apparere debuerunt, ergo eadem ratione debuit adesse Moyses in corpore proprio, quia adhibitus est, vt esset testis oculatus, qui propriis sensibus gloriā Domini conspiceret, quod esse non poterat, nisi in proprio corpore. Tertio, quia (vt est probabilior opinio) anima separata vi sua naturali non potest assumere corpus, neque mouere illud, ergo vt animā Moysis assumeret aereū corpus, & per illud loqueretur, oportebat vim ei supernaturalē, & miraculosam imprimi: ergo, si oportet, vt fateamur aliquod supernaturale opus, melius est proprii corporis assumptionem, ac temporaneam resurrectionem fieri, cum & æque facile à Deo fieri potuerit, illaque posita scripturæ verba, ac totum mysteriū proprius, ac verius intelligantur. Quin etiam consonum huic sententiæ est quod aliqui ex antiquis Patribus docent in transfiguratione expleuisse Deum, quod Moysi promiserat Exod. 33. Vbi Moysi petenti à Deo, *Offende mihi gloriam tuam.* Dominus respondit, cum transibit gloria mea, videbis postiora mea, vt exponit Tertullian. lib. 4. contra Marcionem. c. 22. & lib. contra Praxeam. capitul. 14. quibus locis dicit etiam in hoc monte expletum esse illud Numer. 12. *Os ad os loquar ad eum in specie, non in enigmate, id est, in specie hominis, quam erat gestaturus.* Eandem expositionem late tradidit Irenæus lib. 4. contra hæref. ca. 37. & Cyrill. Ierosolym. cap. 10. & Orig. homil. 12. in Exodum, quia omnes Patres sentiunt, Moysen non tantum visione intellectuāli, sed etiam corporali vidisse gloriam Christi, & similiter, esse cum eo locutum sentiunt, ergo in proprio corpore viuum apparuisse.*

**B** Ratio solum est, quia ad illam apparitionem id satis erat, neq; oportebat tantum miraculum fieri, cum statim esset corpus relicturns.

**C** Dicit enim apparuisse Moysen, non esset autem Moyses in omni proprietate, nisi corpore constaret. Secundo, quia ibi apparuerunt Moyses, & Elia, vt essent testes gloriæ Christi, quapropter non fide, sed vere apparere debuerunt, ergo eadem ratione debuit adesse Moyses in corpore proprio, quia adhibitus est, vt esset testis oculatus, qui propriis sensibus gloriā Domini conspiceret, quod esse non poterat, nisi in proprio corpore. Tertio, quia (vt est probabilior opinio) anima separata vi sua naturali non potest assumere corpus, neque mouere illud, ergo vt animā Moysis assumeret aereū corpus, & per illud loqueretur, oportebat vim ei supernaturalē, & miraculosam imprimi: ergo, si oportet, vt fateamur aliquod supernaturale opus, melius est proprii corporis assumptionem, ac temporaneam resurrectionem fieri, cum & æque facile à Deo fieri potuerit, illaque posita scripturæ verba, ac totum mysteriū proprius, ac verius intelligantur. Quin etiam consonum huic sententiæ est quod aliqui ex antiquis Patribus docent in transfiguratione expleuisse Deum, quod Moysi promiserat Exod. 33. Vbi Moysi petenti à Deo, *Offende mihi gloriam tuam.* Dominus respondit, cum transibit gloria mea, videbis postiora mea, vt exponit Tertullian. lib. 4. contra Marcionem. c. 22. & lib. contra Praxeam. capitul. 14. quibus locis dicit etiam in hoc monte expletum esse illud Numer. 12. *Os ad os loquar ad eum in specie, non in enigmate, id est, in specie hominis, quam erat gestaturus.* Eandem expositionem late tradidit Irenæus lib. 4. contra hæref. ca. 37. & Cyrill. Ierosolym. cap. 10. & Orig. homil. 12. in Exodum, quia omnes Patres sentiunt, Moysen non tantum visione intellectuāli, sed etiam corporali vidisse gloriam Christi, & similiter, esse cum eo locutum sentiunt, ergo in proprio corpore viuum apparuisse.

**E** Sed duo hinc oriuntur breuia dubia. Primum est, an corpora Moysi, & Elia apparuerint etiā splendentia, & gloriæ claritate rutilantia. Et ratio dubij esse potest, quia Lucas inquit: *Erant autem Moyses, & Elias visi in maiestate,* quod alij vertunt, *visi in gloria, iuxta proprietatem vocis Græcæ δόξα.*

Rabbi Samuel.

D. Thom. Abulens.

Moyse: in proprio sub corpore in transfiguratione apparuit.

Sorus.

Exod. 33.

Tertull.

Irenæus. Cyril. Ierosolym. Origen.

Dubium 1.

Hug. Card. Chrysof.

Dubium.

Hilar. Ambros.

Hierony. Amos 9.

Greg. Nyss.

Catharin. Ioan. Arb.

Deut. 34. Moyses, & mortuus.

Deut. 32.

Sepulcrum Moysi occultum quare.

Epiphani.

Philo. Abulens. Chrysof. 10. ph.

Tertul.

Vnde Tertul. libr. contra Marc. cap. 22. dicit Moysem, & Eliam visos esse. In consortio claritati, quod dignationis, & gratiae exemplo est. Et Origenes hom. 12. in Exod. Apparuerunt (ait) Moyses, & Elias in gloria, hic non refertur, quia glorificatus est vultus eius, scilicet Moyses, sed quia totus apparuerit in gloria, & infra, necessario gauisus est, quia iam non solum vultu glorificatus de iudis de monte, sed totus glorificatus ascendit in montem. Quin Damasc. dicta orat. de transfiguratione, eandem sententiam indicans, rationem adhibet dicens, Oportebat siquidem ipsis (id est, discipulis) conseruorum suorum, ac Dei famulorum gloria, animique fiducia conspecta, Domini benignitatem, atque indulgentiam admirari, atque Zelum inde maiorem concipere, & ad suscipiendam certamina confirmari, & eandem sententiam indicat Epiphani. hære. 42. dum inquit Christum dixisse secum in propria sua gloria, Moysen, & Eliam, & ostendisse discipulis, quo ipsos coheredes sui regni ostende ret. In contrarium vero est. Primo quia Euangelium de solo Christo dicit, Resplenduit facies eius, sicut sol, & solum illum fuisse transfiguratum, at si Elias claritate gloriæ accepisset, etiam ille esset transfiguratus. Deinde quia Moyses, & Elias non erant beati secundum animam, ergo non conueniebat illis, vt haberent corpora glorificata.

Origen.

Damasc.

Epiphani.

Responsio.

Corpora

Moyse & E-

lia num ap-

paruerim cu

claritate glo-

riosa.

Tertul.

Exod 34.

Dubium. 2.

Tertul.

Responsio.

Quomodo

Moysem, &

Eliam in

monte Thabor

Petrus

agnoscit.

Iansen.

In hac re probabilis videtur, eos aliquo modo fuisse factos participes gloriæ, & claritatis corporis Christi (vt Luc. significat) videtur autem verisimile, habuisse illam claritatem ex consortio, & redundantia corporis Christi, quod videtur significasse Tertul. supra loquens de Moyse, dum ait, stetit cum Christo os ad os, & facies ad faciem, & in gloria ipsius nedum in conspectu. De qua (inquit) gloria non aliter illustratus discessit a Christo, quam solibat a creatore.

Alterum dubium est. Quomodo cognouerit Petrus Moysen, & Eliam. Hoc terigit Tertul. supra, & primum dicit, nō potuisse eos cognoscere per imagines eorū, quia imaginum vsus erat Hebræis prohibitus. Sed hæc ratio rem incertam assumit, vt late in priori tomo dixi disp. 54. sectio. 1. & 2. est tamen ratio verisimilis. Quia quantum ex historijs colligitur) imagines apud Hebræos non erant in vsu. Deinde docet Petrum eos cognouisse, in spiritu, id est, interno instinctu, & reuelatione, & est hoc verisimile. Quia cum illi appareret vt testes maiestatis, & gloriæ Christi, oportebat eos ab Apostolis cognosci. Tertio vero non est improbable eos fuisse cognitos ex colloquio cum Christo, vel quia interdum sunt ab illo propriis nominibus appellati, vel quia talem sermonem ipsi habuerunt de passione Christi, vt ex illo agnoscere potuerint, vt notauit, & latius explicuit Iansen. c. 67. concordia.

Alterum dubium est. Quomodo cognouerit Petrus Moysen, & Eliam. Hoc terigit Tertul. supra, & primum dicit, nō potuisse eos cognoscere per imagines eorū, quia imaginum vsus erat Hebræis prohibitus. Sed hæc ratio rem incertam assumit, vt late in priori tomo dixi disp. 54. sectio. 1. & 2. est tamen ratio verisimilis. Quia quantum ex historijs colligitur) imagines apud Hebræos non erant in vsu. Deinde docet Petrum eos cognouisse, in spiritu, id est, interno instinctu, & reuelatione, & est hoc verisimile. Quia cum illi appareret vt testes maiestatis, & gloriæ Christi, oportebat eos ab Apostolis cognosci. Tertio vero non est improbable eos fuisse cognitos ex colloquio cum Christo, vel quia interdum sunt ab illo propriis nominibus appellati, vel quia talem sermonem ipsi habuerunt de passione Christi, vt ex illo agnoscere potuerint, vt notauit, & latius explicuit Iansen. c. 67. concordia.

SECTIO III.

Quibus circumstantiis, quo ve ordine facta sit transfiguratio.

In hac sectione breuiter comprehendam pauca quædam, quæ ad completam huius mysterij explicationem videntur necessaria. Primum igitur de tempore, in quo Christus transfiguratus est, scilicet quo mense, die, aut anno, nihil fere inuenio ab authoribus scriptum. Illud solum ex serie Euangelicæ historiæ verisimiliter colligitur, Christum post mortem Ioannis, cum iam trigessimum tertium ætatis annum ageret, nec multum à passione abesset, quam paulo antea (Matth. 16.) vt iam imminente, discipulis nuntiauerat, transfiguratum esse. Ita sentiunt Ammon. Alex. in harmonia Euangelica. Iansenius in concordia, & Baronius in annalibus. In verbis autem Euangeliorum notari solet quædam dinerfitas. Nam Matth. Marc. & Lucas numerant diem transfigurationis ab eo die, in quo Christus sermonem habuerat cum discipulis, eosque ad crucem

Transfigura-

tionis Chri-

sti tempus.

Matth. 16.

Ammon. Ale.

Iansen.

Baron.

A ferendam hortatus fuerat, concludens sermonem illis verbis: *sunt de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis, &c.* Matth. & Marc. dicunt transfiguratum esse, post dies sex: Lucas vero fere post dies octo. Sed hanc varietatem facile Patres conciliant, quia Matth. & Mar. omiserunt dies extremos, quos Luc numerauit. Ita Aug. de consensu Euangelistarum c. 56. & omnes expostores, & Epiph. l. 2. hæref. 66. in fine, ac Damasc. in prædicta oratione. Qui addit Euangelistas vtroq; modo numerasse propter varia mysteria, quæ in vtroq; numero indicantur, vt latius ipse profequitur.

Secundo, de loco. Primum Euangelistæ dicunt, Christum transfiguratum esse in monte. Cuius rei sancti Patres varias rationes morales, & mysticas afferunt. Ille nobis sufficiant, quas paucis verbis complexi sunt Damasc. dict. orat. & Euthy. super Matth. subducit illos in montem excelsum, scilicet, vt à nullo alio conspici possit, nihil enim faciebat ad gloriam, sed omnia ad vilitatem. Præterea, vt dicamus oportere a terrena subleuari humilitate enim, qui diuina contemplatione dignus habendus est. Item vt ostenderet tantum perfectis in charitate fore manifestandum. Denique quoniã solitudo mater est orationis. Addit Tertul. lib. 4. contra Mar. c. 22. *In montem secedit, nam & pristinum populum apud montem, & visione, & voce sua Creator inuitat: oportebat in eo suggestu consignari nouum testamentum, in quo conscripsum vetus fuerat, sub eodem etiam ambitu nubis, quam nemo dubitauit de aere creatoris conglobatam. Nec nunc nuda nubes fuit, sed vox solita de celo, de quo in Psal. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te, & in Isaia qui Deum metuens audi vocem filij eius? Addit præterea expostores euangeliorum, ex historia vel traditione recepta, illum fuisse montem Thabor, quem multi censent esse illum montem, in quem (vt dicitur Matth. 28.) discipuli iussu Domini congregati sunt vt ipsum iam uiuentem, & à mortuis suscitatum, priusquam in cælum ascenderet, conspicerent. Qui propterea in magna veneratione à Christianis est habitus, vt ex Hier. colligitur in Epitaphio Paule vbi refert eam solitam esse montem illum, religionis ergo, consendere, & ex Beda de locis sanctis ca. 17. qui refert ibi fuisse tres Ecclesias edificatas in memoriam huius mysterij. Denique Damasc. supra dicta orat. intelligit tunc implerem esse illud. Psal. 88. *Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt. Nam Hermon (inquit) prius exultauit, quando paterno testimonio Christo ad baptismum profecto filij nomen tributum est, nunc vero exultat, ac lætitia perfunditur Thabor, diuinus, ac sanctus ille mons non minus gloria, quam altitudine sublimis, & cætera, quæ ibidem eleganter profequitur.**

Tertio circa ordinem ex Matth. & Marc. colligitur, primo Christum fuisse transfiguratum, deinde apparuisse ei Moysen, & Eliam, postea dixisse Petri, *Bonum est nos hic esse, & statim factam esse nubem, quæ omnes illos complexa est, ac tunc auditam vocem, Hic est filius meus dilectus, qua territi discipuli ceciderunt in terram, postea vt à Christo confortati, lauantes oculos neminem viderunt nisi solum Iesum.* Ex Luca vero addendum est, antequam Christum transfiguraretur, orasse, & interam discipulos somno grauatatos dormitasse, eisque dormientibus Christum transfiguratum esse, eiq; Moysen, & Eliam apparuisse & postea Apostolos excitatos è somno vidisse gloriam Christi, & qui cum eo adstabant. Subdit autem Lucas Petrum non esse loquutum donec Elias, & Moyses iam à Christo discedebant. Quod nonnullam difficultatem habet, quam terigit Aug. lib. 2. de consensu Euangelist. c. 56. quia alij Euangelistæ significant multo antea Petrum loquutum, quam Moyses & Elias cum Christo loquerentur. Dicendum vero est Petrum nō esse loquutum donec Moyses, & Elias colloquium cum Christo finierunt & signum aliquod dūcedendi præbuerunt. Hinc enim Petrus motus videtur

Locus transfigurationis Christi. Damasc. Euthym.

Transfiguratio in monte Thabor. Cur Christus voluit.

Tertul. Exod. 19.

Psal. 2. Isai 50.

Matth. 28.

Hieronym.

Beda.

Damasc. Psal. 88.

Ordo gestorum in transfiguratione Christi.

Dubium.

August.

Responsio.

Responsio.

videtur ad ea verba proferenda, quasi dolens, quod gaudium illud tam breui tempore duraret. Addunt deniq; Euangelista p̄cepisse Christum discipulis, ne quidquam de iis, quæ viderant, loquerentur. Cuius rei causas adducit hic D. Thom. art. 3. ad 4. ex Hieron. quibus addi potest alia ex Damascen. supra, quæ mihi valde placet, hoc fecisse Christum, ne aliorum discipulorum pectora mæstitia perfunderetur. Ad de etiam, ne inuidia stimulis concitarentur, & p̄ferim (ait Damasc.) ne proditorem inuidia rabies in futuro ageret.

D. Thom. Hieronym. Damasc.

QVÆSTIO XLVI.

De passione Christi, in duodecim articulos diuisa. De qua Doctores in 3. d. 15. vsque ad d. 20.



Consequenter considerandum est de his, quæ pertinent ad exitum Christi de mundo. Et primo de passione eius: secundo de morte: tertio de sepultura: quarto de descensu ad inferos.

Circa passionem occurrunt triplex consideratio: prima de ipsa passione: secunda de causa efficiente passionis: tertia de fructu passionis

Circa primum queruntur duodecim.

Primo, vtrum necesse fuerit Christum pati pro liberatione hominum.

Secundo, vtrum fuerit alius modus possibilis liberationis humanae.

Tertio, vtrum ille modus fuerit conuenientior.

Quarto, vtrum fuerit conueniens, quod in cruce pateretur.

Quinto, de generalitate passionis eius.

Sexto, vtrum dolor, quem in passione sustinuit, fuerit maximus.

Septimo, vtrum tota anima eius pateretur.

Octavo, vtrum passio eius impediuerit gaudium fruitionis

Nono, de tempore passionis.

Decimo, de loco.

Vndecimo, vtrum conueniens fuerit, ipsum cum latronibus crucifigi.

Duodecimo, vtrum passio ipsius Christi sit diuinitati attribuentia.

Quoniam præcipua mysteria à Christo in vltima cæna peracta, in sequenti tomo in materia de Eucharistia explicanda sunt, ideo eis prætermisissis incipit D. Thom. agere de passione. In quo tractatu multa repetit, quæ de Incarnatione, & actionibus Christi in genere dicta sunt, & ideo vt breuitati cõsulamus, ea semper omittimus, & loca designabimus, in quibus in priori tomo tractata fuerint.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit necessarium Christum pati pro liberatione humani generis.



Primum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit necessarium Christum pati pro humani generis liberatione. Humanum enim genus liberari non poterat, nisi à Deo: secundum illud Isai. 45. Nihil enim ego Dominus, & non est vltra Deus absq; me? Deus inustus, & saluans non est præter me. In Deum autem non cadit aliqua necessitas: quia hoc repugnet omnipotentis ipsius. Ergo non fuit necessarium Christum pati.

2. Præterea, Necessarium voluntario opponitur. Sed Christus propria voluntate est passus: dicitur enim Isai. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, non ergo necessarium fuit eum pati.

3. Præterea, sicut in Psalms 24. dicitur: Vniuersa via Domini misericordia, & veritas. Sed non videtur necessarium, quod pateretur ex parte misericordie diuina: quæ sicut gra-

ti doni tribuit, ita videtur, quod gratis debita relaxet absque satisfactione, neque etiam ex parte diuine iustitie, secundum quam homo æternam damnationem meruerat. Ergo videtur, non fuisse necessarium, quod Christus pro liberatione hominum pateretur.

4. Præterea, Angelica natura est excellentior, quam humana, vt patet per Dionys. 4. capite de di. no. Sed pro reparatione angelice nature, quæ peccauerat, Christus non est passus. Ergo videtur, quo nec etiam fuerit necessarium eum pati pro salute humani generis.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: sic oportet exaltari Filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quod quidem de exaltatione in cruce intelligitur, ergo videtur, quod Christum oportuerit pati.

Respondeo dicendum, quod (sicut Philosophus docet in quinto Metaph.) necessarium multipl. citet dicitur. Vno quidem modo, quod secundum sui naturam impossibile est aliter se habere: & sic manifestum est, quod non fuit necessarium Christum pati, neque ex parte Dei, neque ex parte hominis. Alio modo dicitur aliquid necessarium ex aliquo exteriori. Quod quidem si sit causa efficiens vel mouens, facit necessitatem coactionis: vt pote cum aliquis non potest ire propter violentiam detinentis ipsum. Si vero illud exterius, quod necessitatem inducit, sit finis, dicitur aliquid necessarium ex suppositione finis, quando scilicet finis aliquis, aut nullo modo potest esse conuenienter, nisi tali fine præsupposito. Non ergo fuit necessarium Christum pati necessitate coactionis, neque ex parte Dei, qui Christum diffiniuit pati, neque etiam ex parte ipsius Christi, qui voluntario passus est. Fuit autem necessarium necessitate finis: qui quidem potest tripliciter intelligi. Primo quidem ex parte nostra, qui per eius passionem liberati sumus: secundum illud Ioan. 3. Oportet exaltari Filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Secundo, ex parte ipsius Christi, qui per humilitatem passionis meruit gloriam exaltationis. Et ad hoc pertinet, quod dicitur Luc. vii. Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. Tertio ex parte Dei, cuius definitionem circa passionem Christi prænuentiam in scripturis, & præfiguratam in obseruantia veteris Testamenti oportebat impleri. Et hoc est quod dicitur Luc. 22. Filius hominis, secundum quod definitum est, vadit. Et Luc. vltimo. Hac sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc esset in vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte Dei.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte hominis Christi.

Ad tertium dicendum, quod hominem liberare per passionem Christi, conueniens fuit, & misericordia, & iustitia eius. Iustitia quidem: quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis: & ita homo per iustitiam Christi liberatus est. Misericordia vero, quia cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humane nature (vt supra habitum est) Deus ei satisfactorem dedit filium suum, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Et hoc fuit abundantioris misericordie, quam si peccata absque satisfactione dimisisset. Vnde dicitur Ephe. 2. Deus, qui diues est in misericordia, propter inimitabilem charitatem, qui dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuincit nos in Christo.

Ad quartum dicendum, quod peccatum Angeli non fuit remediabile, sicut peccatum hominis, vt ex supra dictis in prima parte patet.

246. 2. dist. 10. ar. 19. 3. & art. 4. q. 1. & op. 2. cap. 7.

cap. 4. non remota à princ.

lib. 5. text. 6. tom. 3.

q. 1. art. 2.

p. q. 64. art. 2.